



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri Theologi, Institutiones Morales

In Quibus Vnivers[ae] Quaestiones ad Conscientiam recte aut prauè
factorum pertinentes, breuiter tractantur

Azor, Juan

Coloniae Agrippinae, 1616

13. De aliis quibusdam, que Beneficarii ratione sui muneris & officii
præstare iure coguntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14007

peruam adherens? Respondeo, Pontificias Constitutiones de quinquennio soluendo, hæcenus edictas locum habere tantum modo in beneficijs quæ annexantur Collegijs, Capitularibus, quæ vocant, Conuentibus, Societatibus, Congregationibus & generatim quibuslibet locis causa communis pietatis extractis. Atqui Pontificia, dicit aliquis, Constitutiones decreuerunt, vt quinquennium soluatur ex beneficijs in perpetuum vnitis? Respondeo, in Pontificijs Constitutionibus dici, vt soluatur ex beneficijs vnitis in perpetuum non amplius vacaturis. Tale autem beneficium non habetur quod est vniti dignitati: nam licet sit in perpetuum annexum, vacare tamen solet vna cum ipsa dignitate cui annexum, & adheret.

Quinto queritur, An quinquennium summo Pontifici debeatur ex beneficijs, quæ ante Martinum V. fuerunt Collegijs annexa, & conuincta? Respondeo, in Constitutione Pauli II. solum præcipere Pontificem, vt quinquennium soluatur ex beneficijs vnitis post Martinum V. locis causa pietatis extractis. Sed extat alia Constitutio Pauli III. quæ incipit, *Decens esse*: qua decernitur, quinquennium deberi ex omnib. beneficijs cuiuslibet loco, Collegio, vel Communitati ante Martinum V. annexis.

Sexto queritur, An quinquennium soluendum sit ex beneficijs Collegio vnitis, sed in distributiones quotidianas conuersis: item, An debeatur ex beneficijs vnitis, ad ius tamen Patroni laici pertinentibus. Præterea, An etiam ex beneficijs vnitis loco, Collegio, vel Congregationi, priuilegio, vel aliquo alio speciali iure exemptis? Respondeo ex omnib. hæc beneficijs, siue Sæcularia sint, siue Regularia, siue Manualia. siue sæcra, quinquennium deberi; id enim aperte constat ex ipsis sanctionibus. Pontificijs de soluendo quinquennio constitutis.

Septimo queritur, An cætera alia Pensionum genera, quæ solui solent in Curia Romana pro diplomatis Pontificijs habendis, ab omni Simonie labe sint libera? Sciendum est, in Curia Romana, antequam Pontificia diplomata concedantur, quibus beneficiorum possessionem consequuntur ij, quibus sunt auctoritate Apostolica collata, multa solui, quæ vulgus appellat taxationes, compositiones, communia seruicia: quæ nonnulli damnant, & improbant, eo quod Simonie speciem habere videantur, ac si pecunijs beneficia nundinentur, qui impetrant cum tamen gratis dari deberent.

Cæterum libera sunt hæc à Simonie crimine, quia dantur tanquam stipendia ministro: um in Curia Romana laborantium. Possunt quidem in his pecunijs exigendis & accipiendis sic in alijs reb. humanis, abusus irrepere, & vitia contingere, non nego; vt si ministri auari, & laici cupidi, immoderatas pecunias exigant: si minus aliqui idonei, & apti Clerici, quod pecunias habent, ad beneficia delignantur: si digni, & idonei, quia pauperes sunt ideo negligantur, & à beneficijs excludantur, si ecclesijs præficiantur, qui plus pecuniarum obtulerint, vel à quibus plus lucri expectatur, & alia generis eiusdem. At propter abusus hominum, male scilicet vtentium rebus aliqui per se bonis, res ipsæ damnandæ non sunt: sed abusus, si qui irrepserint, submouendi, & præciendi.

CAP. XIV.

De alijs quibusdam, quæ beneficiarij, ratione sui muneris, & officij, præstare iure coguntur.

PRIMO queritur, An omnes in vniuersum Beneficiarij pensum precationum, quæ horæ Canonice nominantur, ex soluere debeant? Hanc questionem supra suo loco diluimus, cum de Horis Canonicis ageremus, *par. i. li. 10. cap. 3.*

Secundo queritur, An Clericus Ecclesiam Parochialem adeptus, debeatur fieri Sacerdos intra annum, à die, quo

professionem estactus, computatum. Item, An omnis Beneficiarius intra certum tempus iure cogatur cum Ordinem suscipere, quem beneficium requirit? Hæc etiam duas questiones supra diluimus.

Tercio queritur, An Beneficiarius etiam solis minoribus Ordinibus initiatus, deferre debeat primam Clericorum tonsuram? Respondeo, debere. *e. Ioannes. de Cleric. tonsur. §. ca. 1. De Bigamis, in sexto.* Quæres, An qui eam non gestat, lethaliter delinquat? Respondeo, grauius peccare, iuxta communis opinio. nam Canones, & Decreta Pontificum id grauius, & seuerè præcipiunt: & in eos qui non parent admoniti, grauem poenam constituunt. Sed qualem tonsuram Beneficiarius debet deferre. Respondeo, quam prouincie mos patriæ, vel gentis approbat, & fetuat. Olim enim Clericorum in lumina capitis parte capilli radebantur, & ab inferiori parte vsque ad aures tondentur, & capillorum circulus inter vtramque partem pendebat: quæ consuetudo etiam alicubi recinetur. Alii vero solum in vertice capitis raduntur capilli, & deinde totum caput æqualiter tondetur. Sed quæ poena Beneficiarijs aliter facientibus imponitur in Iure? Respondeo Sixtum V. Constitutionem edidisse, sic incipientem: *Cum sacrosanctum n. vi. præcipit Pontifex, vt omnes Beneficiarij tonsuram Clericorum gestent: alioqui sine vlla monitione, citatione, iudicis decreto, aut ministerio, ipso facto priuati declarantur, ita vt ipsa beneficia vacare dicantur, quæcumque habent. Dubitatur etiam, An Beneficiarij barbam, aut comam nutrire prohibeantur? Respondeo, prohiberi, *e. Si quis, & c. si Clericus de vita, & honest. Cleric.* Alicubi tamen hoc est consuetudine abrogatum. Solet nihilominus Ordinariorum Constitutionibus, præcipi, vt Beneficiarij presbyteri à superiori labro barbam ita tondent, vt impedimentum non afferat sumentibus, corpus, & sanguinem Domini, cuius sumpcionis non leue aliqui incommodum presbyter pareretur.*

Quarto queritur, An Beneficiarij habitu, & veste Clericorum vti communi iure cogantur? Respondeo, cogi eos habitu vti honesto, & moderato, quem Clerici deferre consueuerunt. *e. Clerici, de vita, & honest. Cleric. Clem. Quoniam, eod. tit.* Quæres, An lethali crimine se obstringant ii Beneficiarij, qui solitam Clericorum vestem non deferunt? Respondeo, eos grauius peccare, nisi iustam allunde habuerint excusationem. Clementina nuper allata, fiti etiam perceptione ad sex menses priuatur simplex beneficiarius, qui sine iusta, & debita causa gestat vestem virgatum, vel partitam, id est, diuersis coloribus distinctam. Qui vero beneficium curæ animarum conuictum, vel dignitatem, vel Personatum habens eodem vestis genere vtitur, priuatur fructibus ad annum obtinendum efficitur ineptus. *Ac vt docet Siluester verbo, Clericum. 2. nu. 2. versic. Tertio peccat.* si Beneficiarius sine iusta causa, veste virati viridi, vel rubro colore affecta; lethalis peccati reus est, nisi aliud Magistratus honoris, vel publici alterius muneris, & officij ratio postulerit. idem, inquit, iuris est si vestem admodum pretiosam deferre consueuerit: qualis esset, si omni ex parte serica esset. Constitutionibus Ordinariorum sancit i solet, vt Clerici sacris Ordinibus initiati, aut beneficium habentes Ecclesiasticum, vtantur veste tam exteriori, quam interiori, talari, hoc est, vsque ad talos demissa, & nigri coloris: vt abstineant itidem a caligis laicorum more confectis, aut crepidis inaniter incisis, sed simplicibus, & integris vti debent: Ne gestent camisas ad manum, vel collum arte elaboratas, aut crispas, aut vt vulgus dicere solet, lactucatas: Item vt pallium habeant Clericorum Ordini conueniens, quo vtatur contra pluuia, & frigoris incommoda, & semper cum talari tunica: & vt pileis itidem simplicibus vtantur. Præterea, vt abstineant à pretiosioribus pellibus, & alijs odorum suauitatibus. Item ab omni mulæ, aut equi instrumenti vsu, quale solet esse ornamentum aurum, argenteum vel ferreum.

Extat etiam Constitutio Sixti V. cuius initium est:

Cum sacrosanctum; in qua præcipitur, vt omnes beneficiarij, autius habentes ad beneficia Ecclesiastica, deferant vestem, & habitum Clericorum: hoc est, vt ibi dicitur, tales vestes. Alii vero facientes priuat ipso iure, & bñq; vltima alia iudicis sententia, & declaratione, omnibus beneficijs, quæ obtinent; & e Romano Pontifici referuat.

Quinto quaeritur, Nunquid liceat Beneficiarijs, vbi id est consuetudine receptum, alio genere vestis, quam talari vti? Glossa in c. pen. in verbo; *De iuratis, de vita & honestate Cleric.* docet in genere vestium seruandam esse consuetudinem locorum, vnde quidam aiunt, si alicubi consuetudo vigeat, vt Clerici eodem genere vestis vtantur, quo laici, eam esse seruandam. Ita vt Clericus tunc habitum Clericorum deferre videatur, cum vtrius vestis honeste comparatur: & qua ceteri Clerici prouincias, vel loci vti consueuerunt. Alij vero dicunt, eos Clericos habitum Ordini Ecclesiastico conuenientem gestare, qui vtuntur eodem genere vestis, quo Scholastici honeste incedentes, si id usu receptum sit, vt Clerici ea veste induci incedant. Meo certe iudicio, habitus Clericorum, quo vti tunc debent, est talaris vestis, & nigri coloris, tam exterior, quam interior. Cæterum consuetudo moribus vtrius recepta, pro loco & tempore, plurimum in parte. Iuri derogare potest: quia vestium genera, pro ratione locorum, & temporum maxime variantur: ita vt pro more patriæ, & loci etiam in Clericis Beneficiarijs, pretiosæ vestes licite deferantur.

Sexto quaeritur, Vtrum Beneficiarius beneficium obtinet, quod ipsi ad vitam sufficiat, aliud simile, vel diffinitum habere simul queat tuta conscientia. Hanc quaestionem diluimus supra, cum de pluralitate beneficiorum ageremus, videlicet li. superiori. c. 10. q. 2. & c. 14. q. 4.

Septimo quaeritur, An Beneficiarius soluere iure cogatur pensionem auctoritate Rom. Pont. beneficio impolitam causa alterius, in cuius subsidium est referuata. Sciendum est, sæpe contingere, vt quis suum beneficium coram Pontifice Romano deponat, referuat sibi annua pensione ex fructibus beneficij dimissi, quotannis percipiendâ; & soler Romanus Pontifex talem pensionem dimittendi referuare, pœna constituta in eum, cui dimissum beneficium confertur: vt si ad tempus constitutam pensionem non soluerit, sit ipso facto a priorum communione semotus, & beneficium priuatus: & ei qui beneficium dimisit, ius & facultas conceditur, vt auctoritate sua, beneficij resignati, vel dimissi possessionem apprehendat: quod ius appellatur vulgo soler regressus, accessus, vel ingressus ad beneficium, de quibus Mandos. in Praxi Signatura gratia, in verbo, regressus & accessus.

Octauo quaeritur, An regressus ad beneficium concedi solet Pensionario etiam extra causam referuationis? Sciendum est, eum quis coram Romano Pontifice, vel Ordinario loci suum beneficium dimittit, & deponit, vulgari loquendi modo dicitur ille resignare, cedere, vel renunciare. Cum quis igitur coram Romano Pontifice beneficium resignat, hoc est, deponit, ne magnum egestatis detrimentum patiat, ei Papam certam pensionem ex fructibus beneficij alteri collati referuat. Vnde is cui beneficium dimissum conceditur, cogitur pensionem soluere, dimidiam quidem partem post sex menses exactos, & alteram partem dimidiam post alios sex menses, quod si pensionem non soluerit ad tempus constitutum, datur libera facultas ei, qui beneficium dimisit, apprehendendi possessionem beneficij dimissi.

Est igitur quaestio, An regressus solum concedi solet ob causam resignati, hoc est, dimissi beneficij? Gigas de pensionibus q. 99. n. 22. ait, solum esse in Curia Romana usu receptum, vt regressus concedatur, cum pensio non soluitur ea beneficio, causa alterius resignato, vel cum aliquis cedit iuri, liti, vel cause gratia alterius simul litigantis. Sed verius est, quod testatur Mandosius in Praxi Signatura gratia, in verbo (Regressus.) prope finem, regressum concedi solum esse etiam extra causam resignationis: nam gene-

ratur concessio solet, quotiescunque pensio gratia alterius in beneficio constituitur: datur enim potestas Pensionario beneficij possessionem apprehendi: quando cumque ad tempus constitutum pensio non redditur, imo etiam quando cumque is qui pensionem soluere debet, instat vt pensio ad maiorem summam reducat, siue vt pensio tanquam nulla reuocetur. Sic Mandos. loco citato. Et ita habet clausula talium pensionum referuatarum: *Nonnon dicto, & vel aliquo ex successoribus in dicto beneficio in solutione dicto beneficio in solutione dicta pensionis deficiente, seu illam ad maiorem summam reduci, vel inuaditari petente, &c. licet eidem P. liberum habere regressum, accessum, & ingressum, ipsiusq; corporalem possessionem perso, vel aliam, seu alios propria auctoritate libere apprehendere &c.*

Quærit, An Ratio, vt quis pensionem non soluit, beneficium amittat? hoc est, an sit ipso iure beneficio priuatus, an vero sit iudicis sententia priuandus? Hanc quaestionem tractat Gigas de Pensionibus quaest. 7 & Respondeo, pensionem solui debere ad sex menses, quibus exactis Beneficiarius eam non soluens, in excommunicationem incurrit: in qua, si ad triginta dies post sex menses computandos persistit, beneficio est priuatus, & eo ipso vacare intelligitur: & tunc regressus locum habet, nec vlla est opus iudicis sententia, qua declaratur, eum talem pœnam contraxisse, sed propria auctoritate licet Pensionatio beneficij possessionem nancisci.

Quærit aliquis, an saltem, vt regressus locum habeat, necesse sit, vt Pensionarius beneficium petat? Respondeo, id esse necessarium: quia cum regressus sit contra Beneficiarium concessus fauore, & gratia ipsius pensionarij sit, vt si pensionarius suo iure sponte cedat, Beneficiarius suum beneficium iure retinet, ex quo efficiatur, vt quando cumque beneficiario pensionem denegante, pensionarius expresse, vel tacite remittit pensionis solutionem, locum non habeat regressus; Hic autem regressus vbiq; vim, & firmitatem habet, & admittitur, præterquam in Francia.

Nono quaeritur, An hæc pœna locum habeat in eodem, qui in beneficio succedit, v. g. Titius Beneficiarius soluere debet annuam pensionem Caio; alioqui ius habet Caius contra Titium, sed deinde obitu Titij succedit in beneficio Seius: Quæritur, an Caius idem ius habeat contra Seium, quod contra Titium habebat? Respondeo: quod ad pensiones attinet à Titio minime solutas, nihil iuris habet Caius contra Seium, eas enim Seius non debet; quod ad excommunicationem vero, priuationem beneficij, & regressum ob pensionem denegatam, idem ius profertur est Caius contra Seium, quod contra Titium, hoc est, dicitur, si eius ad sex menses Caio pensionem non soluit, vinculo excommunicationis obstringitur, & beneficium priuatur; & Caius triginta diebus lapsis, iure potest beneficij possessionem nancisci.

Decimo quaeritur, An si Titius beneficium sibi collato soluere Caio debeat annuam pensionem centum aureorum, & soluat tantum quinquaginta, alijs quinquaginta denarijs, Caius iure queat ad beneficium redire, quod Titij causa dimiserat? quod est quaerere, An ius pensionario concessum redeundi ad beneficium ob pensionem sibi constituto tempore denegatam, locum habeat non solum quando tota pensio, sed etiam quando pars aliqua soluta non sit. Respondeo locum habere: quia si Titius qui debet centum reddere, soluat tantum modo quinquaginta, pensionem debitam non soluit: ac proinde in pœnam incidit constitutam.

Vndecimo quaeritur, An Caius, cui referuatur pensio viginti aureorum ex duobus Titij beneficijs perceptis, ita vt sit percepturus tredecim aureos ex Canonico, quem Titius obtinet, & septem alios aureos ex alio beneficio simplici, ius habeat possessionem vtriusque beneficij capessendi, si debita pensio ei soluta non sit? Respondeo habere, quia in vtroque beneficio est pensio constituta.